

festum Martini intimare et notificare debent, et tunc super festum sancti Martini proxime futurum memorato domino abbati viginti quatuor sexagenas grossorum predictorum una cum censibus sive pachtis natis ac etiam retardatis siqui essent effective solvere atque dare absque omni contradictione ac impedimento. Promisit nichilominus prefatus Tile Schonebuden mihi notario publico infrascripto stipulatione solemptni hec omnia suprascripta firmiter et inviolabiliter observare. Super quibus omnibus et singulis sepedictus dominus abbas me notarium publicum infrascriptum debita cum instantia requisivit ut sibi super hiis unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec in abbatia predicti monasterii sancti Iohannis baptiste in Berga prope et extra muros Magdeburgenses sub anno inductione mense die hora et pontificatu quibus supra presentibus ibidem discretis viris Iohanne Ryffen clericu et Hermanno Brogeheym laico Maguntinensis et Monasteriensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Conradus Sneyman clericus Maguntinensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius etc.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 87. — Abschrift im Privilegienbuche S. 366—368 mit der Ueberschrift: Slennemark de dimidio choro tritici. L III.*

## Kl. Berge, 1460, März 11.

311.

*Albrecht Wilkin und seine beiden Söhne Ebeling und Lüder Wilkin zu Altenweddingen verkaufen unter dem Beding des Wiederkaufs dem Kloster Berge einen Wispel Weizen von einem Hofe zu Altenweddingen und einer Hufe auf Altenweddinger Felde für 60 Schock Groschen.*

In nomine domini amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo inductione octava die vero Lune undecima mensis Marcii hora vesperorum vel quasi pontificatus — domini Pii divina providentia pape secundi anno secundo etc.

Acta sunt hec in abbatia predicti monasterii sancti Iohannis baptiste in Berga sub anno inductione mense die hora et pontificatu quibus supra presentibus ibidem discretis viris Hinreio Schulenberch clericu, Bertold Ghevardes et Gevert Ghevardes laicis Magdeburgensis et Monasteriensis diocesis testibus ad premissa vocatis pariter et requisitis.

Et ego Conradus Sneymann clericus Maguntinensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius etc.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 88. Abschrift im Privilegienbuche S. 290—293 mit der Ueberschrift: Oldenweddingen 1 chorus tritici. in cap. L V.*